

CAPVT XI.

TITVLI SACRI ET SACERDOTVM.

**2957** Aecetiai<sup>1</sup> pocolom.

*In patera fictili nigra, Volcis rep., nunc Londinii, pictum colore flavo (I 43; delineavit Ritschl tab. X fig. b). De pateris et urceis his egerunt Ritschl de fictil. litterat. antiquissimis. 1853 (opusc. phil. 4, 279 seq.) et Iordan ann. inst. arch. 1884 p. 7 seq. Haec sola ex pateris his nulla, figurae humanae imagine instructa est, sed ornamentis tantum (ramis et gyris quibusdam). — 1) Aecetiam deam Aequitiam esse sive Aequitatem consenserunt Mommsen et Ritschl (cf. huius opusc. 4 p. 283).*

**2958** Aisclapi pococolom (sic) (puer volans d. liquorem fundens ex urceo, s. pateram tenens).

*In patera fictili nigra picturis albis ornata, Clusio Romam adlata, nunc Berolini (delineavit Iordan ann. inst. arch. 1884 tab. R cf. p. 357 melius quam Ritschl Prisc. epigr. Lat. suppl. V = opusc. tab. XIX fig. 4 cf. opp. 4 p. 564).*

**2959** Belolai (sic) pocolom (caput deae, cuius crinibus serpentes inserti sunt).

*In patera fictili, olim Florentiae, nunc Parisiis (I 44; delineaverunt Ritschl tab. XI fig. g et Iordan symb. ad hist. relig. Ital. alter. [ind. lect. Regiomont. 1883] p. 14). — Belolai errore scriptum esse pro Belonai satis indicat pictura (non recte de bellula aliqua cogitaverunt nonnulli). Ceterum in hac sola ex pateris huius generis adhuc notis caput deae ad quam pertinet pictum est, in reliquis plerisque Erotas ludibundi.*

**2960** Coera<sup>1</sup> pocolo.

*In patera, olim Hortae ut videtur, deinde Romae, diu latet (I 45 cf. Iordan ann. inst. arch. 1884 p. 13). — 1) Tertia littera videtur e fuisse, quamquam variant apographa; fortasse fuit Coera, quamvis unum tantum ex quattuor apographis i litteram in fine exhibeat. Deam Coeram sive Curam cum Mente composuit Iordan l. c.*

**2961** Fortunai pocolo.

*In urceo fictili striato, litteris albis, rep. dicitur in provincia Hydruntina, postea Romae (IX 238 delineavit Helbig).*

**2962** Iunonenes (sic) pocolom (Amor stans in cane).

*In patera fictili nigra, Volcis rep. (Iordan ann. inst. arch. 1884 tab. A cf. p. 6).*

**2963** Keri pocolom (puer alatus tibiis duabus canens).

*In patera fictili nigra, Volcis rep., nunc Romae (I 46 delineavit Ritschl tab. X fig. d).*